

De  
**BENEDICTIONE**  
**NICOLAI SEL-**  
**NECCERI**  
**HEINRICO HÖPFFNERO**

*impertita.*

in


**Phrontisterio Lubecensi**

Calendis Aprilis A. MDCCXXVII.

pro rostris dixit

**Georgius Heinricus Goetzius, D.**

Superintendens,



---

L V B E C Æ

Typis Io. Nicol. Greenii, Ampliss. Senat. Typogr.

Coll. diss. A  
172, 22

a. exxv. 2.

SLUB 172(22)



Ingenuorum studiorum & artium, qvæ ad Huma-  
nitatem pertinent,  
Patroni, Fautores, Doctores, Cultoresqve,  
*omni honore, eximia laude, officiisque ornandi  
ac prosequendi!*

**M**Agnam illi laudem mihi mereri videntur, qui diligenter amicorum rationem habent, eosque è memoria nunquam excidere patiuntur. Hoc etenim amoris ingenui luculentem est testimonium, si eos amare nunquam intermissimus, quorum favorem subinde experti sumus, ut instinctu inflatuqve divino ea diligenter exeqvamur, quæ & pietati & humanitati, quam singulis debemus, omni ex parte satisfaciant. Quapropter juste & legitime me nunc acturum esse spero ac tantum non confido, si brevi oratione demonstravero, *Nicolaum Selneccerum* ab amicitia eorum, quos vel intimos habuerat, vel penitus cognoverat, vel quorum virtutes omni sermone celebrabantur, haudqvaquam recessisse, quippe qui amicitia, excepta doctrinæ puritate, ac, quæ illam comitem habet, vera pietate, nihil præstabilius habendum esse recte putabat. Etenim scripta eius, magno numero edita, diligenter evolventibus, facillimo negotio innotescet, *Selneccerum*, & *Præceptoribus*, & *Verbi Ministris*, quos Noribergæ diligenter audiverat, gratum animum declaravisse, 1) & jucundam eorum instituisse recordationem, 2) quibuscum

(1) Varia ejus rei ergo testimonia adduxi in *Comment. de Vita literaria Nic. Selnecceri* p. 10. sqq.

(2) Leg. *Diss. de Meritis Nic. Selnecceri in Catechismum D. Martini Lutheri*, p. 15. 17. sq. 23. & *Comment. de Doctoratu Theol. Nic. Selnecceri* p. 12. sq.



buscum publicum Doctoris munus administraverat , nec eos silentio prætermisſe , qvorum pietatem seræ posteritati diligenter commendandam esse, rectissime arbitrabatur 3). Ea tamen

(3) Vid. *Selnecceri Funebr. P. II.* p. 65. a & b. qvi veteris amici Dresdensis memoriam hisce verbis instauravit: D. Joh. Rentmans Vater ist Christophorus Rentmann Bürgermeister zu Dresden, mir und andern als ein fromm Gottfürchtig Mann, von vielen Jahren wol bekannt gewest. Idem p. 89. b. meminit *Levini a Marenhold*, Marschalci Brunsvic. in castro Wolfenbytel, *Lipsiae* a. 1586. denati, seqventi elogio eum mactans: In solcher Busse und Befehlung hat der edle von Marenhold alhie sein Ende genommen, und die Welt gesegnet, der ein frommer aufrichtiger Mann gewest, wie ich wohl zeugen kan. Nec sine laude dimittere potuit M. Tob. Maestelium, Protonotar. Supremi judicij provincialis, qvod *Lipsiae* est, a. 1586. ex hac vita evocatum, hunc in modum amici veteris ac integerissimi, quem Academia ad Albim ipsi amicum conciliaverat, commendans *P. II.* p. 105. b. Es sind nun dreißig Jahr verflossen, da er zu Wittenberg eine sehr nützliche Arbeit gethan, indem er etliche tabulas de venis, arteriis, nervis, ossibus &c. aus Vesalio zusammen bracht, daß die Herren Professores, und sonderlich die fürnehmsten Medici, so dazumahls daselbst gelebet, als D. Fendius, Milichius und Winshemius ihn vermanet, daß er damals in Doctorem Medicinæ promoviren solte. Aber er hatte sein wichtig Bedencken, und erhebliche Ursachen, daß ers anstehen ließ. Bis hernach der HErr Philippus Gottseliger ihn an des frommen M. Cœsii statt gen Dresden zum Schul-Rectorat verschicket, da denn er der Schulen mit Lob und grossem Nutz & cum gravitate gedienet hat, bis er endlich durch sonderliche Schickung Gottes zum Protonotario des Churfürstl. Sächsischen Ober-Hoff-Gerichts alhie verordnet worden, da er denn das Lob gehabt, das man sagen muß, er sey ein Gottfürchtig, Christlich, freundlich, aufrichtig, redlich Mann gewesen. Add. R. M. Jo. Augustini Egenolfi *Programmata Scholastica* p. 512. B. D. G. Weinrichii *Funebr. P. II.* p. 736. & 743. & B. D. Polycarpi *Lyseri Homilia funebris in exequiis* B. D. Theod. Maestelii *Lipsiae* a 1626. habita, lit. d. Extremo nobilem ac piam matronam, Otiliam à Wulsdorff, gente Danam, qvæ cum Generoso Viro, Nicolao à Denstad, in Commerstat & Panitsch, in matrimonio vixit, atqve *Lipsiae* a. 1586. diem supremum obiit, adducendam esse arbitror. Ea vero Selneccero probe cognita fuit, qvi propsterea *Funebr. P. II.* p. 112. a. in ipsius laudem seqventia scripsit: Unsere Mitschwester ist in Gottfürchtigkeit von Jugend auß erzogen, und recht Gottfürchtig gewest (als ich der Geringste von ihr zeugen kan) allzeit ein fromm ehrbar Leben geführet, Gott geliebt, und den HErrn Christum in ihr Herz gesasset, und wenn sie Christum nur genennet, sie ihre herzliche Zuversicht zu ihm gehabt, sousten nüchtern gewesen, und aufrichtig ohne falsch. Darum sie in Frauenzimmer

prudentia noster est usus, ut, amicos veteres de prædicans inque  
finu suo fovens, veritatem coelestem nequaquam negligeret, nec  
eorum pertimesceret maledicentiam & probra, à qvibus dissentire  
cogebatur, sed virtutis vel Dei potius præsidio innixus, eandem  
affereret subinde, atqve felici admodum successu propugnaret.  
In huius rei documentum ad ea nunc provocare lubet certamina,  
in qvæ ipsum venire oportuit cum Caspary Peucero, aliisque, qvi  
plus justo Philippi Melanchthonis autoritatem evahere, atqve pu-  
riori doctrinæ, à Luthero assertæ, & ad posteros transmittendæ,  
opponere allaborabant. Etenim qvamvis de jam nominati Peu-  
ceri favore nullum ipsi tamdiu dubium esse debuerit, qvamdiu  
ipsius machinationibus, qvas callide tunc in Ecclesiæ perniciem,  
cum consiliorum sociis, moliebatur, se non opponeret, eventus  
tamen postea edocuit, hunc ex amico valde iratum factum fuisse  
inimicum, imo ab ipso semper mansisse alienissimum. Recte  
autem nostrum fecisse, nec jura amicitiæ & humanitatis temere  
violasse, nullaqe ratione ingrati hominis notam sibi contraxisse,  
universi mecum fatebuntur, qvi, quantum distent æra lupinis,  
cognitum habent perspectumqve 4). Qvapropter in libris, qvos  
publici

---

Zimmer unser hochloblichen gottseligen Thurfürstin angenommen und  
zur Hand allzeit die nechste und liebste gewesen, ehe sie in ihren Ehstand  
kommen. Nachmals sich in Ehstand so verhalten, daß iedermann hat müssen  
sagen: Es sey ja eine fromme Matron, und recht treues Herz, das niemand  
beleidiget, weder mit Worten noch Werken, sondern gutes gethan, sonderlich  
den Armen, die eine Mutter an ihr gehabt haben. Ihren frommen lieben  
Juncker hat sie allzeit nun fast in die 20. Jahr von Herzen gemeinet, ihre  
lieben Pflanzlein und Kinder zu Gottesfurcht gezoegen. Das Zeugniß kan  
man ihr geben mit gutem Gewissen vor Gottes Angesicht der alle Ding  
weiß.

- (4) Hunc Selnecceri primum partes studiose fuisse tuitum, ejusqve studia aulae  
cum primis Electoris Saxonie enixe commendasse, atqve omnibus modis  
provehere studuisse, ipse Selneccerus in *Apologia Disputationis Grammaticæ*  
a. 1571. adornata, est testatus: Ita vero lit. a. 5. scribit: Memini ante an-  
nos quindecim voce viva & scriptis epistolis me à Wittebergenibus, D. Majore  
& Peucero in primis, instigari, ad editionem eorum, que scripssem, predica-  
riique ab iisdem mea jejuna scripta, tanquam (utor enim verbis ipsorum) uti-  
lia & maxime necessaria Ecclesiæ. Nunc igitur que metamorphosis animorum  
& in-

publici juris fieri passus est, persæpe testatus est, se veræ doctrinæ permanfurum esse studiosissimum, nullasque propterea offensiones & reprehensiones hostium iniqvisimorum curare velle, nec acri judicio perpendere, si modo nullos conscientiæ morsus experiretur. Ceterum negari haud potest, nostrum ab *Esromo Rudingero*, magni *Camerarii* genero, & veteratore impudentissimo 5), variis convitiis exceptum fuisse, ac probroso scripto diffama-

A 3 tum.

---

& inconstantia? Et lit. c. 7. 8. denuo meminit Peuceri commendationis, hisce verbis conceptæ: *Sic sua manu D. Peucerus V. Clariss. ante annos sedecim scripsit: Quem vel ingenio, vel doctrina, in hac, qua ipse est etate, vel studiis, laboribus & assiduitate, vel virtute & modestia, Selneccero huic preferam, habeo neminem* - - - *Selneccerus vim ingenii atque acrimoniam de calo cum hausto concepisse aere, & rudimenta eruditionis solidæ cum lacte suxisse ac combibisse videtur materno.* Selneccerus autem omni honore excipiebat Peucerum, qvapropter a. 1566. eidem, cum ipsius filia carissima pestis contagio infecta ex hac vita emigrasset, versionem metricam *Psalmi XXV.* obtulit, atque solatium illa afferre studuit. Ast eum postea Peucerus rebus sacris se immiscuisset, & doctrinam purioremodi variis modis impugnare incepisset, Selneccero alienior redditus famam ipsius lacerare nunquam intermixit. Num *Th. Beza* aduersus Selneccerum incitaverit, prout ea de re accusatus fuit, referente *Simone Steinio*, in oratione, qua *Casp. Peucero* in Academia Heidelbergensi a. 1603. parentavit, p. 28. haud æque liquet, hoc tamen reticeri nequit, Selneccerum gravissimorum errorum reuin & præsertim *Eutychis* dogmatum à Peucero fuisse insimulatum, à quibus tamen non infeliciter liberarunt eum *Theologi Wittenbergenses*, in erudita *Apologia*, qua *C. Peuceri* testamentum a. 1603. impugnarunt, p. 82. sqq. Idem Peucerus Selneccerum vocavit *Protea in religione & Vertumnum*, qui *Examen Philippi* sub censuram vocare ausus fuerit, notante *B. D. Leonhardo Huttero*, in Concordia Concorde c. 40. p. 974. Sed ipsum male quoque habuisse credo, quod Selneccerus cum *Zach. Schiltero* jussu Electoris eundem in carcere compellaverit, atque de rebus sacris in eum inquirere ausus fuerit, de quo colloquio præter adductos Theologos p. 39. sqq. legi meretur laudati *Hutteri* invicta Concordia Concordia p. 248. sqq.

(5) Simulate hunc egisse, *Simon Steinius* in adducta oratione, p. 23. dissimulare haud potuit, ita scribens: *Memini me ab Esromo aligrando non leviter objurgatum, quod minus libere sententiam orthodoxam (scilicet!) defendarem, opus esse circumspectione politica, ne intempestiva παρένθετα rebus communibus noceat. Respondi ego simplici animo, me natura abhorrire à simulandi studio, ac in veritatis divina professione nihil loci esse ejusmodi artibus.*

tum 6). Ast ille rem omnem Deo commisit, suaqve innocentia subinde se sustentavit, non male existimans, conscientiam rectæ voluntatis.

(6) Lubet autem ipsius *Selnecceri* adducere verba, qve in *Apol. Disp. Grammat.* lit. I. 2. extant, & tum ipsius *Selnecceti* animum, tum *Efromi* mores vivis coloribus depingunt. Ipsa vero, licet pluscula sint, ita sese habent: „Sunt certè disputatoris, amici olim & hospitis, popularisqve quodammodo mei, criminaciones tot & tantæ, ut nisi fides vera, & conscientia bona, & innocentia, publicè, vti spero, & priuatim nota optimis quibusque, adeset, reclamans mendaciis, responsione opus mascula & integra esse videretur. Perfidum, seditionis, cruentum scriptorem, infamatorem, quietis publicæ turbatorem, blasphemum, profanum, Eutychæum, & hereticum, ingratum iste hospes, & tubâ & sagitta, ut nomen habet, classicum Nestorianum canens, amicus iste meus me publico scripto nominare non erubescit, qui quomodo hue intrauerit, & ad quid venerit, ut Christus frater omnipotens nos ter ad illum aiebat, nescio. Φιλαρέγυρος, & Φευδωνίμος inflatum, censorem omnium, & concitatem totius Saxonie me appellat. Dicit negari à me, Christum hominem, in cœlos ascendisse, & in cœlo esse. Dicit affirmari à me, Christum exuisse humanam naturam, & hanc ubique diffusam esse. Dicit articulos fidei à me euerti & conuelli, & Pontificiam superstitionem, profanationem & idolatriam stabiliri, & fidei Christianæ contraria fingi, & nescio quæ præterea, horrenda cogitatu, dictu, lectu, nedum factu. Quid autem tetrius, quid mendacius, contumeliosius, & magis sycophanticum dici scribique posset? Horresco referens & legens, calumniarumque plastra & portenta abominor: Quæ tamen, iniurias juxta præscriptum Christi ferendo patienter, responso indigna judicarem, nisi doctrinæ veritatem illa potius, quam personam miseram meam adorirentur. Et quamuis amicum illum meum, (oportet enim me, ut est in Psalmo, cum perversis loqui, re ita postulante) aliquomodo excusatum habeam, qui haec tenus ipsum non tantummodo virum eruditum præclarè, verum etiam bonum, & minimè Momum esse judicavi, & fortassis ab aliis, qui ipsi nondum audent facere, quæ post carecta latentes faciunt, impulsu, & ut rumore fertur, vocatum quasi solemniter, & expetito consilio eō tandem persuasione hilari & gloriosa, minimè tamen faceta, multo minus salutari, ut mecum Grammaticè, hoc est, (sic enim res habet) mendaciter, & calumniose, contra DEUM, & suam ipsius conscientiam, omnemque fidem, & contra jus omne, quod DEO & hominibus debetur, disputaret, adductum esse existimem: tamen dolco boni hominis vicem incidentis incauto furore in nomen, quod innotuit passim, mendaciorum & calumniarum fabricatoris. Sic nimirum fit, ut faciens & consentiens, saltem tacens, & pedarius, capite scilicet lingua destituto, ad consilia non pia, non honesta, non pacifica, amicus præsertim, cui nota est amici, qui flagellatur, integritas & simplicitas, perfidiae nomen non abolendum,

voluntatis maximam esse consolationem rerum incommodarum. Ast missos hos faciens, qui amicorum nomen ad tempus tantum gerere voluerunt, ad eos accessum mihi parare constitutum est, quos tenerimo amore Selneccerus noster complecti est solitus. Quos inter nunc refero Heinricum Höppnerum, magni illius Theologi, qui Lipsiam voce & scriptis animavit illustrioremque reddidit<sup>(7)</sup>, genitorem, qui cum filio idem gessit nomen, atque in Noscōmio Lipsiensi, Georgii memoriae sacrato, diligentissimum animalium egit Pastorem. Is enim singulariter fuit ab eodem dilectus, ut propterea unicum ipsius Natum ardentissimis votis supremo Numini iverit commendatum. Hunc ergo exempli causa nunc proponam, breviter ostensurus, quantum temporis permittet angustia, Benedictionem, qua Selneccerus olim Heinricum Höppnerum mactavit, magni fuisse momenti, imo insignem prorsus utilitatem universo recte sentientium cœtui attulisse, atque propterea silentio minime posse prætermitti vel obliterari.

Laudem itaque meretur noster, quod verbi ministros, quos, vel laborum socios habuit, vel inter amicos retulit, amore dignos judica-

---

abolendum, sibi ipsi sua perfidia & mifitatione, homine saltem civiliter honesto, nedum pio & excellenti, minimè digna, contrahat. Ego profectò in ea sum sententia, ut si mundum lucrari possem, mihi tamen persuaderi non paterer, ut amico, qui intus & in cute mihi notus esset, iniuriam contumeliosissimè & calumniosissimè, ac quidem publice fieri, meo quoque calculo si non vera, tamen simul notati & compræhensi mentione, permitterem, aut, si impedire furias non possem, protestatione justa me malitiam istam non approbare, candidè & apertè testarer. At quid querelas instituo? Plaustra mendaciorum, quæ comportavit amicus ille meus, cum hoc quasi auctario, & minimè quidem faceta, tamen cum corona, ipsi remitto, & ut domi deinceps ipse habitet, eum candidè & fideliter inoneo.“

(7) In ipsius laudes excurrens Celeberr. Polyhistor Lipsiensis, D. Jo. Burchardus Menckenius, in *Oratione Seculari de Viris eruditis*, qui Lipsiam scriptis atque doctrina illustrem reddiderunt, in ipsa Jubilæi Academicæ celebritate a. 1709. recitata, p. 5. de eodem seqvens tulit judicium: *Magnus uterque* (Schinckius atque Weinrichius) *sed utroque major Heinricus Höppnerus erat*, qui si nihil post se reliquisset, preter aureos illos de *Justificatione & S. Cœna* *commentarios*, ut reliquit plurima, immortalem certe nominis famam apud omnes fuisse confessus.

judicaverit, eorumque commoda promovere 8), vel ipsorum soboli bene cupere allaboraverit. Si prolixo esse mihi nunc liceret, ad Balth. Kleinii, Praefulis Leucopetræi, relictam familiam jamjam provocarem, quippe quam auditoribus ejus impense admodum commendavit 9). Ast Hæppneri tantum mentionem injiciam, atque, Selneccerum eum oculis cariorem habuisse, protinus demonstrabo. In eam autem inducor sententiam, eam ob causam Hæppneri genitorem, qui, ut modo commemoravi, Parochus erat in suburbio

(8) Ejus rei ergo ipsum *Selneccerum* audire placet, in *Recitationibus*, Jo. Bala*i* impudentissimi & mendacissimi hominis calumniis cordate respondentem, p. 216. Das ist ein Wunder, daß dieser Baal aufs Rathaus gen Leipzig kommen darf, und was ich allda wegen mein und meiner lieben Collegen Unterhaltung zu suchen gehabt, erforschen und in die weite Welt mit Lügen ausbreiten will, das ist wahr, daß ich (Gott Lob und Dank habe der Rath zu Leipzig) weil ich in Amt gewest, nicht eine geringe Zulage dem lieben Ministerio ansgericht. Gott gebe noch mehr, und vergelte es allen Wohlthätera. Ich habe aber auff meine Person zum wenigsten gesehen, sondern auff meine Collegen, welche, da sie Besserung erlanget, hat E. E. Rath sich, auff Erinnerung dessen, das zuvor längst aus begünstigen Wilsen, ohn einiges Ansuchen, angeboten, auch also erzielt, das Gott und ihnen dafür zu danken! Selnecceri præterea cura Bibliothecam Thomanam fuisse adornatam, fusiis exposuit B. Heinricus Pippingius in *Arcanis Biblioth. Thom.* Lips. reteat. p. II. sqq.

(9) Verba ipsius in *Funebr. F. I.* p. 137. ita se habent: Es hat euer lieber Superintendens ihm diese Predigt (concionem autem funebrem vult intellectam, quam pie denatus, in *Ps. 116. v. 7. 8. 9.* scripserset, & Selneccetus noster Senatui inscripserset) auch selbst geschrieben, darum sie dann auch an seinem Begräbniß öffentlich abgelesen worden. Und weil sie tröstlich ist, und gebeten worden diese in Druck zu versetzen, habe ichs E. E. W. schicken wollen, dienstlich bittend, die wollen Ir die Wittwe und Nachgelassenen günstiglich lassen behohlen seyn, und sie in Schutz und Schirm haben und behalten. Gott wird eurer reicher Vergelster seyn. Es sind warlich die armen Prediger Wittwen und Weysen zu unser Zeit recht armie verlassene Leute, und der Welt Schuchhäder. Gott bezahle es allen, die ihnen gutes gönnen und beweisen. Es will ja Christus auch ein Trunk kaltes Wassers nicht unbefohnet lassen. Ach die Welt ist blind, und achtet solche Verheissung nicht. Wol aber denen, die es an ihnen nicht mangeln lassen. Der gütige Herr Christus regiere, schütze und führe E. E. W. und derselben Kirchen, Schule und Gemeine, und gebe euch wiederum einen frommen und treuen Superintendenten, dazu ich treulich ratthen und helfsen wil.

bio Lipsiensi, ac doctrina non minus quam pietate conspicuus erat, à Selneccero fuisse deamatum, qvod parens ipsius, *Nicolaus Hoepffnerus*, Vir literatisimus, qviqve Abbas Coenobii Homburgensis principali axiomate coruscans eminuit, sub ortum lucis Evangelicae fermento Pontificio se abdicaverit, atqve duobus Elektoratus Saxoniæ Moderatoribus, *Mauritio & Augusto*, Heroibus toga sagoque illustribus, nullisque seculis tacendis, multis in arduis negotiis egregiam præstiterit operam, gentique suæ eo nomine splendorem haud exiguum conciliaverit. Filii siquidem, parentibus, vel de re sacra, vel de republica ordinanda, bene meritis, procreati, ipsorumque vestigiis cum laude insistentes, qvovis amore & favore sunt excipiendi. Accedit forsitan & hæc ratio, qvod modo laudatus *Hoepffnerus*, proxeneta ac parario *Selneccero*, *Friedericī Einwagenii*, Ecclesiaſtæ Gerani Variscorum, veræ fidei Confessoris, & in persecutione Crypto-Calviniana, in qua in exilium mittebatur, constantissimi filiam, virginem, patre orbam, in uxorem duxisset, atqve omnes præterea numeros pii, docti, ingenuique Ministri verbi implevisset <sup>10)</sup>. Illos siquidem in sinu fovendos esse pie arbitrabatur, qvi divini Numinis voluntati obtemperare, & jum promte subire didicerant. Qvapropter cum is de statione viæ, jussu Dei, decessisset, non solum honorificam ipsius injecit mentionem <sup>11)</sup>, sed filio quoque, quem post se reliquit, unico, eique bimulo,

B

mulo,

(10) Vid. *Henningi Wittenii Memor. Theol.* p. 444. & *B. D. Jo. Frider. Mayeri Elogium D. Heinrici Hoepffneri* p. 12.

(11) Hisce autem verbis eundem ivit commendatum *Funebr. P. II. p. 30. b.*  
Wir haben iſt auch einen frommen, fleiſigen, Gottfürchtigen Lehrer aus diesem Leben verlohren und ins ewige Leben vor uns hingeschickt, dem sein Amt und recht gesunde Lehre ein ernst gewesen, und der aller Verfälschung und Schwermerex feind gewest ist / und der in seiner Krankheit, die ihm fast angeboren, gehorsam und gevult geleistet, und Gott um Errettung angerufen hat, und erhöret worden ist, und seliglich abgeschieden.  
Idem in *homilia funebri M. Conrado Schönhenio* (cujus in *Epist. Selnecc. ad Mart. Chemnitium script. Specim.* p. 36. mentionem feci, habita, p. 29. b. de nostro hæc retulerat: Nach gehaltener Predigt hat einer aus den Predigern, mit Namen Hinrich Höpfner, Prediger zu S. Georgen in Spital, gesagt, Gott helfe mir auch, und verleihe, daß mir verglichen Zeugniß könne gegeben

mulo, ab imo pectore uberrimam Dei apprecatus est gratiam, atque ut & annis & ingenio cresceret, sapientiaeque commodis abundaret, vehementer supplicavit 12). Quemadmodum autem haec pia vota, pro Hoepffneri pueruli salute concepta, praeclarum amoris, quo Selneccerus in Parentem pie demortuum ferebatur, documentum praebebant, ita Numen etiam coeleste rata illa esse voluit, ita scilicet, ut Hoepffnerus, successu temporis, in virum prorsus egregium evaderet, multumque Ecclesiae, atque Lipsiensium Scholae, prodeisset, imo alterum orbi Christiano redderet Chemnitium 13). In hac siquidem Doctoris publici munia incredibili diligentia administravit, atque tum philosophiam, tum Theologiam, cui unice natus esse videbatur, magno cum auditorum applausu docuit. Testantur id ipsum discipuli, quorum corona cingebatur quotidie, pene innumeri, qui in magna felicitatis parte ponebant, quod Hoepffneri recitationibus interesse, atque ejus doctrinam haurire valerent. Quapropter quam plurimi ad officia sacra promoti fuerunt, qui Hoepffneri Praeceptoris nomen venerati solidam rerum theologicarum scientiam sibi comparaverant.

Inclyta

---

gegeben werden. Ist auch hernacher Franck worden, und den achten Augusti sanft und seliglich eingeschlaffen. Die Leichpredigt hat D. Harder verricht, dieweil D. Selneccerus Franck gewest, der doch seine Predigt bereit gesast und disponiret hatte ic. Et cum paulo post eodem mense M. Casp. Albertus, Symmysta Thomanus, e vivis discessisset, idem Selneccerus l. c. p. 42. a. Hoepffneri memoriam instauravit: In diesem Monat haben wir zweier Kirchen Diener für uns hinweg gen Himmel abgesetzt, nemlich Hn. Heinrichen aus S. Georgen Spital, und jetzt M. Casparum, beyde innerhalb drey Wochen. Der Anfang ist nun gemacht. Sie sollen dem Herrn Christo anzeigen, wie es hie steht und gehet, nemlich baufällig und elend. Gott erbarme sich uns.

(12) Pautis multa complexus ita l. c. p. 31. a. precatus est: Gott tröstet die Witwe, und thue der reichen Herzen anssi daß sie ihr und der lieben Frucht (credo autem fulle filiam, quam enixa est, de qua infra quædam notabo,) und dem Waislein Hülfe erzeigen. Wel dem, der sich des Dürftigen annimmt, den wird der Herr erretten zur bösen Zeit, Ps. 41.

(13) Vid. Wittenius l. c. p. 493. Mayerus l. c. p. 11. B. Caprovius in Dissert. Isag. in Chemnitium p. 155. Perbelli Th. Spizelius in Templo Honoris p. 151. de eodem scripsit: Omnia maxime post Lutherum estimabat Chemnitium, ergo affer Chemnitius.

## II.

Inclyta siqvidem Lipsia Antonium Kirchhofium, Lucam Pollionem, Jeremiam Weberum, Martinum Geierum, Abrahamum Tellerum, Samuelem Langium, Jo. Ulricum Mayerum, Danielom Mullerum, Jo. Benedictum Carpzovium, Hieronymum Kromayerum, Fridericum Rappoltum, aliosque, muneribus publicis, in Ecclesia & Academia obeundis, admotos vidit, admirataqve est, qvi & Doctoris sui doctrinam, cum pietate coniunctam, ad posteros transmittere, & nominis gloriam amplificare nunquam non allaborarunt. Qvod si unici Carpzovii ac Rappolti merita, & pietatem Hæppfnero überrume declaratajn, prolixius nunc enarrare vellem, me, in semihoræ curriculum coactum, sermonem hunc vix ac ne vix ad finem perducturum esse affirmarem. Incredibili enim discendi ardore flagrabat Carpzovius, ut, qvamvis sacra ipsi demandata esset provincia, ab Hæppfneri tamen ore se abstrahi nunquam sit passus. 14), Eidem, nunquam satis deprædicando Carpzovio, debemus scripta qvædam exasciata, ab Hæppfnero magno cum judicio clucubrata, atqve à singulis, cum in lucem publicam protraherentur, incredibili voluptate excepta. 15), Et sane optandum esset, ut reliqua pariter, qvæ in scriniis adhuc eruditorum passim latent, 16) eadem felicitate legi possent, inqve pium usum converti. Sed ad Hieronymum cum primis Kromayerum accedendum mihi nunc est, qvi Selneccerum Proavum suum venerabatur. Is enim matrem habuit Mariam Magdalenam Lindneram, qvæ nostri Selnecceri neptis fuit, filia Margaretha, qvam charam valde habuit 17) Parens optimus, Nicolaus Selneccerus, prognata. Iste ergo, qvamvis

B 2

qvadri.

(14) Leg. Wittenii Memor. Theol. p. 1252. B. Carpzovii Fascicul. Myrrha p. 534. & 554. Recte ergo Venerab. Aulæ Saxonice Theologus, B. D. Sam. Bened. Carpzovius, cuius memoria charam habiturus sum, qvamdiu adhuc vixeris, in Pref. Dissertat. Isagog. in Chemnitium B. Parentis scripta, p. 17. Hoepffnerum vocat Genitoris sui multorum annorum magistrum.

(15) Recenset illa post alios celeberrimus Mayerus in laudato Elogio, qvod præfigi curavit secunda editioni Hoepffneri Isagog. ad SS. Coenam p. 18. & 20.

(16) Leg. Spizelius l. c. p. 154. Mayerus l. c. p. 16. & 22. Dn. M. Jo. Frider. Kernii Dissert. Epistol. de vita, obitu, scriptisque B. D. Th. Ittigii p. 59.

(17) Ita enim B. Lauterbachius de hac, qvæ ipsius soeris fuit, in sermone funebri, à M. Jo. Zadero habito, judicat: Sr. Maria Magdalena, Hn. D. Nicol. Selnecceri, Superint. und Prof. zu Leipzig sonderlich geliebte Tochter.

quadrimo, Patre, Hieronymo Kromayero, Ecclesiæ primum Cizensis Pastore, ac postea Plavensium Ecclesiarum & totius Diœcœseos Antistite, è vivis sublato, carendum esset, Erhardi tamen Lauterbachii, Præsulatus Cizensis Ephori, annis & meritis gravissimi, qvem divina providentia vitricum ei dederat, cura ad eam per-venit felicitatem, ut Heinrici Hoepffneri, qvem benedictio Selnecceri adhuc rigabat, institutioni traderetur, tanto cum successu, ut ex-cellentissimi Theologi decus & nomen sibi acquireret, acquisi-tumqve in hunc diem usqve tueri posset. Scripta enim ipsius eruditissima, qvæ omnium teruntur manibus, atqve ab aliis pro-lixe enumerantur, è qvibus *Theologiam Positivo polemicam*, *Aposta-siam Romanæ Ecclesiæ*, *Scrutinium Religionum*, *Locos Anti-Syncreti-sticos*, utrumqve *Commentarium*, in Epistolam Pauli ad Galatas scriptam, & ultimum Codicis sacri librum, qvem *Apocalypsin* vo-camus, nunc adduco, luculentum præbent testimonium, Kromayerum & perspicuitate & judicio Præceptorem suum exacte re-tulisse, atqve pari passu fuisse infecutum, eaqve, qvæ privatis in prælectionibus tradiderat Hoepffnerus, & paucis tantum cognita erant, cum universo recte sentientium coetu non infeliciter com-municasse 18). Qapropter in eam nunc devenio sententiam, Selneccerum pio suo voto ac precibus, qvibus Hoepffnerum bimu-lum

---

(18) Plura de illo, ejusqve scriptis, notavit Th. Spizelius in *Templo Honoris* p. 304. sqq. cum Henn. Wittenio in *Memor. Theolog.* p. 1686. sqq. De ipsius *Systemate Theol.* B. Carpzovit audire placet judicium, qvod in *Theologia Exe-getica* p. 2. hisce verbis conceptum legitur: *Notum est Systema B. Kromayeri, quod vel ideo maxime commendandum, quia distinctiones acutissimi olim Theologi, B. Heinrici Hoepffneri (cujus sedulus quondam auditor fuit) egregie adeo observavit, ut plane omnes in suo hoc Systemate, quod B. Kromayerus a. 1657. in Collegio quodam in calatum dictitare coepit auditoribus suis, & ferme quadriennium cum eo consumsit, ac demum in lucem edidit. Nec silentio prætermitti debet modo adductus Menckenius l. c. p. 10. de nostro ita judicans: Hieronymo Kromayero nemo fuit in rebus divinis apertior, ordinatior, distinctionior. Nemo Theologiam universam hoc ordine complexus, tam eleganter, tam concinne omnia disposuit atque explicavit; nemo melius reconditos Apoca-lypseos sensus eruit, exhausit; nemo illos, qui dulcipacis nomine fallentes qua-sis maleferiatorum hominum de religione sententias inter se commiscent, & prorsus conturbant, fortius repressit, oppugnavit, confecit.*

Ium divino Numinis commendare studuit, tum Ecclesiæ, qva  
meliorum est partium, commodis, tum familiæ suæ, ac Pronepo-  
tis Kromayeri dignitati, mirum in modum consuluisse. Ast hac  
benedictione permotus Hoepffnerus gratum quoque animum de-  
clarare studuit, qvapropter non solum Selnecceri, ipsiusque fato-  
rum, occasione data, cum laude meminit, 19), sed vestigiis etiam  
magni hujus viri strenue insistere, atqve pio prudentiique Zelo  
doctrinæ salutaris capita defendere, rebusque in arduis, ac viduo  
lecto, qvo tenebatur, patientiam præstare 20), nunquam non  
studuit. Et sane à Deo suo, cui tam enixe in ætate tenera erat  
traditus, nullo tempore, nec, ætate ingravescente, ullo modo fuit

B 3

negle-

(19) Ejus rei ergo seqventia ex *Memoria Schmucciana*, qvam Hoepffnerus instau-  
ravit, & Wittenius inseruit *Memor. Theol.* p. 284. excerpere lubet: *Schmu-*  
*ckius ut controversiarum notitiam solidam sibi compararet, assiduum adhibuit*  
*diligentiam in audiendis Professoribus, ac Dn. Selneccero, Schiltero & Harbar-*  
*to, viris ab exquisita doctrina & vario rerum usu celebratissimis, quorum*  
*omnium memoria est in benedictione.* Idem in *Memoria Lyseriana* ap. Wit-  
tenium l. c. p. 376. de Selneccero hinc in modum differuit: Ex his (qui ali-  
unde ad Professionem Theologicam & Consilium Facultatis sunt exhibiti,) *tertius in ordine est D. Nicol. Selneccerus, qui D. Heinrico Salmutho anno*  
*LXXVII. in Professionis & Superintendentis officio successit, vir scriptis qvam*  
*plurimis & muniis antea egregie gestis celeberrimus, qui 15. Octobr. pro conse-  
quendo inter nostræ Universitatis Doctoris loco, ac biduo post orationem habuit,*  
*& aliis, quæ statuta requirunt, peractis, Consilio Theologorum adscriptus*  
*est.* Hoc autem anno octuagesimo nono injuria temporis discedere coacto, ad-  
venit Christoph. Gundermann, postea Witteberge Doctor creatus sequioris The-  
ologie, qvam tum alii reformatam, alii Calvinianam appellabant, Propugna-  
tor: Sed nondum biennio exacto, remotus est loco suo, quem & recepisset Sel-  
neccerus, nisi morte preventus hac ipsa in urbe placide expirasset, deputatus  
Visitator harum ditionum in causa religionis. Idem paulo post l. c. p. 385.  
denuo commendat eundem: Heinrico Salmutho post exactum triennium defun-  
cto successit anno septuagesimo septimo D. Nicolaus Selneccerus, qui velut ocu-  
lus erat Lipsiae, & acerrimus doctrina Lutherana adversus Calvinum & Bezan-  
hyperaspistes.

(20) Elegantissimo dicto symbolico usus est: UT POTIAR, PATIOR. *Recti-  
sime; in hoc enim militia non feriendo vincitur, sed ferendo, prout bene ju-  
dicat B. Spizelius in Templo honoris p. 182.*

neglectus aut derelictus, sed gravissimis in temptationibus solatia persensit haecque efficacissima 21).

Hæc vero, quæ nunc retuli, de Selnecceri benedictione, Heinrico Hoepffnero impertita, ad vos spectant, Juvenes perquam dilecti, vestræque disciplinæ ac utilitati litare nunc debent. Sciatis itaque ac perpendatis quæso perqvam diligenter, & Parentum, & Præceptorum, & Verbi Præconum, benedictionem non flocci faciendam, sed prensandam, amplectendam, observandam, ac de prædicandam esse, imo multum eidem inesse ponderis. Quapropter vitam vestram ad omnem pietatem, virtutem industriamque, ita componatis velim, ut benedictionis divinæ reddamini participes. *Hoepffnerus Selnecceri votis commendatus Ecclesiæ commoda*

(21) Lubet hic ea repetere, quæ Max. Rev. Dn. M. Christ. Feustelius, Grimmenium nunc Ecclesiarum Antistes, in *Schediasmate*, de *Eruditorum Germanorum vitis*, p. 128, sq. de Hæpffnero retulit, lectione non indigna: „Si quis incomparabilis Lipsiensium Theologi, D. Heinrici Hæpffneri, vita evolvat curriculum, inveniet quidem nonnulla, quæ annotasse non iniquum. Annonyero iisdem addenda, quæ ex Godofredi Groneccii, à candore præcipue commendandi Diaconi hujus loci, beati viri ex Sorore nepotis, ore addo, penes alios sit judicium. Ille ipse Theologus aliquando gravissime decunibens, maximopere cum temptationibus spiritualibus, imo quia ne micula solatii, etiam à gravissimis Theologis ægrotantis animo instillari poterat, cum ipsissima desperatione confictatus est. Huic Soror, pharmacopæo hujus loci nupta, amoris atque officii causa ad langventem visens, ex sacris Bibliis, in quibus ob creberrimam evolutionem perpetuamque lectionem vix erat hospita, dicta quædam recitavit, quibus mentem ejus ita erexit, ut in hæc verba eruperit: Gratias ago Deo meo humilimas, quod ad me visitandum te excitaverit. Plures mecum fuere Theologæ Doctores, ex quorum ore plurima effluxere dicta, sed non inventum malaginæ, quo animus refocillari potuisset; per te vero Evangelii fontes salutisfui, quos infernales Philistæ mihi obturare tentabant, feliciter aperti, ut melle eorum sesamo atque papavere consperso in vitam revocatus mihi videar. Ex quo tempore etiam cum pristina valetudine plene & perfecte in gratiam redire cœpit. Ante beatam vero ἀράλυσιν per integrum octiduum beati viri oculi perpetuis maduere lacrymis, qui, de earum interrogatus causa, respondit, se quidem nullo mortis terrore tentari, cogitare vero & perpendere miseriæ, per Adami lapsum toti generi humano superinductam, illamque fletus tam large veram esse causam.“ Add. Dn. M. Jo. Guil. Speckneri *Biblischer Arbeit zweytes Stück* p. 141.

moda promovere incredibili studio est annis. Vestrum ergo esse judicetis, ea, qvæ divino munere vobis concredita sunt, dona publicæ impendere saluti, ac vestros labores eis offerre, à qvibus beneficiis affecti estis ac obruti. *Selneccerus cum Presbyteris Tripolitanis amicitiam coluit spectatam* 22), atqve bonæ mentis alumnos amicitia & auxilio non indignos habuit, nec juvare intermisit 23). *Hoepffnerus magni nominis Theologo*, *Nicolao nostro Hunnio, adhæsit constanter* 24), collegaeqve sui, *Christiani Lan-*

(22) Fufius hoc probatum dedi peculiari *Dissertatione, de Nicolai Selnecceri Consensu cum Presbyterio Tripolitano.*

(23) Spectat huc *Sethus Calvisius*, insignis ille Musicus Lipsiensis ac Chronologus perqvam celebris, a. 1615. pie denatus, qvi Nic. Selnecceri literis commendatiis innixus *Cantoris Spartam* in Schola provinciali, qvæ prope *Numburgum* est, & *Porta* vocatur, obeundam obtinuit, prout *B. D. Vinc. Schmuckius* in *homilia funebri* in *I Chron. 16. 22.* refert. A. 1582 in November ist er durch commendation und Förderung Hn. D. Nic. Selneccers, féliger Gedächtniß, und des ganzen *Collegii Theologici*, zu einem Cantore in die Fürsten-Schul zur Pforten erforderet worden, allermeist, weil er neben der Musica, der er mächtig, auch einen Hebræum gegeben hat, welche Lection ihm in gedachter Schul hefohlen und aufgetragen worden. Bey demselben seinem Ampte, welches er in die 12. Jahr verwaltet re. Non immerito autem Selneccerus cum reliquis fautoribus eundem ob pietatem, modestiam, aliasqve virtutes commendavit, prout in *Vita curriculo* de eo refertur: Er ist ein ehrlicher, aufrichtiger, frommer, Gottfürchtiger Mann gewesen, ohne falsch und Gleisnerey, nüchtern, und gar kein amans humorum, wie man ingemein von den Cantoribus zu halten pfleget, auch ein guter Haus-Vater, und verständig in allen Sachen. Cui adjungo *Abrahamum Friderici, Neukirchio-Crimitschaviensem*, qvi a. 1628. cum per triginta & quinque annos *Heuckenwaldensi Pastoratu* in *Episcopatu Cizeni* defunctus fuisset, annum ætatis 68. agens, vitam finivit, de quo *B. D. Erhardus Lauterbachi*, *Cizensium Ecclesiarum Præf*ul, in *homilia funebri*, p. 23. hæc notavit: Er hat drey Jahr in Leipzig studiret, und daselbst in täglicher Rundschafft gelebet mit meinem seligen Profocero, Herrn D. Nicolao Selneccero.

(24) Eius rei ergo provoco ad literas, qvas nunquam satis deprædicandus *Hæppnerus* ad *B. Jo. Müllerum. Theologum Hamburgensem*, exaravit, & qvarum copiam nobis facit *B. D. Mayerus*, in *Elogio Hæppneri* p. 15. Eqvibns seqvientia excerpta esse puto: *Sperassimus utiq. Virorum amicissimorum nempe V. Excellentie, & Dn. D. Nicolai Hunni adventu nos receatum iri in Dominum, qui L. Webero rescripsit, se velle acidulis Egerantis uti. Sed jam prob dolor!*

*Langii* 25), soboli bene consulere annisus est. Nec *Jo. Hülsemannus*, qvi *Hoepffneri* pariter doctrinæ fuit cultor 26), à Venerabili *Menone Hannekenio* unquam fuit alienior redditus 27), cui *Hieronymum Kromayerum* volo annexum, qui modo nominato *Hannekenio* candidum suum pectus literis humanissimis manifestavit 28). Cum Viris ergo præstantissimis amicitias jungatis, nec temere

*dolor! alia fama nobis renunciat Viri meritissimi desperatam prorsus valetudinem, digni utique prolixiore Vita. Non dubitandum enim est, quin Ecclesia magnam jaſturam factura sit, niſi hic vir restituatur pristina valetudini.*

(25) Amorem autem illum, qvo *Samuelem Langium*, ejusqve Doctores, qvos *Helmstadii* habuit, excepit, verbis *B. Scherzeri*, qvæ in *Programmat. Academ.* p. 137. sq. obvia sunt, exprimere nunc lubet: *Sub Consummatissimi illius Hæpffneri manuductione Helmstadtium a. 39. commutavit - - - - Quare pientissimus parens, sagacissimi Hæpffneri consilio Langium non strum, cum illa sub Cretico & doloſo cinere latitans in flammam erumpere scintilla vellet, 1641. futuro incendio mature subduxerunt. Paruit revocantibus morigerus filius & discipulus, demumque rediens, Hæpffneri potissimum, qui quicquid in doctrina eruginis contrahere potuisse videtur, frequenti informatione & familiaritate, (nunquam enim à latere suo Langium dimiserat, ut etiam ejusdem manibus Epistolam, qua Calixtum & Hornejum ab erroribus fraterne fuit dehortatus, exarari vellet) abstersit & expolivit. Verba literarum sunt ista: Atque bac pro temporis ratione & statu meæ valetudinis breviter & quidem manu M. Langii exarare volui, non quod putem ea vos latere, sed ut fraterne commoneam ad omnem diligentiam; nihil esse vobis relinquentum in *Apologia vestra*, quam ut cum *Scriptura & Matre Ecclesia loquamini*. Add. *B. D. El. Sig. Reinharti homilia funebris in Ps. 42. 7.8.9. habita, & memorie B. D. Sam. Langii sacrata, lit. g.**

(26) Sub hujus autem præsidio a. 1627. *Disputat. Theol. de fidei ad iustitiam imputatione, Pontificiis, Photinianis & Arminianis oppositam.* publice defendit.

(27) Spectant huic amoris plenæ Epistole, ad optimum Præceptorem exaratæ, qvas alia occasione publici juris constitutum mihi est.

(28) Eas vero hic exhibere placet: „Maxime Reverende, Magnifice & Excel- „lentissime Vir, Domine Fautor & in Christo Parens multis nominibus ho- „norande, Magnificentæ Vestre literas amicissimas cum oblato munere, Ire- „nico Catholico-Evangelico, in lucem publicam emisso, recte accepi. Sum- „ma cum voluptate scriptum hoc evolvi, nec reduvias ibi fractas, sed ipsum „Papismi caput fractum deprehendi. Non tamen in Bibliotheca mea exigua, „sed in ipsis κειμηλίοις locus erit. Gratias autem tum pro ipso munere „honorifice, tum pro singulari animi propensione Magnificentæ Vestre ago,

temere easdem dissolvatis, existimantes, amicitias immortales,  
inamicitias vero mortales esse debere. Hoepffneri discipuli, vel, ut  
rectius loqvar, filii, singulari prorsus honore Præceptorem, de se  
egregie meritum, exceperunt 29), ejusque effigie & imagine

„ago, nihil magis in votis & optatis habens, quam ut aliquatenus duntaxat  
„paria facere possem. Pro beneficiis Filio Carissimo (cui salute in pluri-  
„mam adscribo & omnem *ἰύχιαν* appræcor) exhibitis non est, qvod gra-  
„tias agat Vestræ Magnificentia, qvin potius, qvando meæ tenuitatis con-  
„versatione uti voluerit, singularem inde affectum colligo. Deus ter-  
„Opt. Max. Vestræ Magnificentiam in Ecclesiæ suæ bonum, crescentibus  
„præsertim ejusmodi columnis, qvam diutissime servet, suosque per vesti-  
„gia paterna & avita fastigia honorum descendere faciat, cui cum omni-  
„bus suis Eandem fidelissime commendo. Maxime Reverendæ Vestræ Ma-  
„gnificentiae totus addictissimus, Hieronymus Kromayer, D. Lipsiæ gvo Id.  
„Oct. ao. 1664. „ Qvibus adjiciendam esse censeo epistolam illam ad B.  
Hannekenii filium, *Philippum Ludovicum*, scriptam, hisce verbis conce-  
„ptam: „Clarissime & Pereximie Vir, Fautor & Amice multis nominibus  
„honorande &c. Literas Vestræ Claritatis Rostochii 20mo Julii currentis  
„anni 1662. ad me datas 7mo demum Octobris accepi. Ut miro, perfusus  
„gaudio τὴν ἐυεστὴν Vestræ Claritatis percepi, sic qvod locorum intervalla  
„cultam inter nos amicitiam non extinxerint, aut ejusdem memoriam vel  
„quodantenus saltem obliteraverint, hilaris agnosco, & affectum amplector.  
„Deum veneror, ut Vestræ claritatis studiis porro benedicere, nec non ad exop-  
„tatam illam metam perducere velit. In locum Dn. D. Hülsemanni b. m. qui circa  
„Solstitium æstivum superioris anni diem suum obiit, post factam reliquorum  
„Collegarum ascensionem Dn. D. Samuel Langius, Professor quartus ordi-  
„narius surrogatus fuit. Quantumvis abrogatio Pennalismi magno consti-  
„tit, per consensum tamen Academiarum, præsertim vicinarum, eò res re-  
„dacta est, ut paucæ adhuc istius fibræ supersint. Si perrexerint ita, nec  
„qvicquam de rigore suo remiserint Magistratus, malum tandem radicibus  
„extirpatum iri, confidimus. Alias statum publicum qvod attinet, LABO-  
„RANDO Solenne nostrum servamus, in privato prospera valetudine per  
„Dei gratiam adhuc utimur, nostrisque rebus domesticis, ut antea, vacamus.  
„Ut utriusque voti Dn. Westhofius, cui salutem plurimam adscribo, compos-  
„evadat, animitus exopto. Salutat Vestræ Claritatem & Uxor mea divinæ  
„protectioni Eandem una mecum commendans. Vestræ Cl. addictissimus,  
„Hieronymus Kromayer, D. Lipsiæ 12. Oct. ao. 1662.

(29) Ita enim B. Abrab. Tellerus in Carmine, quo Tractatum Hæppneri de Cæne  
maestavit, se vocat unum ex filiis Prophetæ hujus beatissimi. Taceo plura  
honoris & amoris elogia, qvibus Carpzovius, Kromayerus, Rappoltus, aliiqve,  
ut orationes panegyricas, Anania Weberi, & Jo. Frid. Königii, qvas ipsius me-  
moriz dicarunt, præterea, eum passim ornarunt.

Musea sua exornarunt 30), gratam eius hoc monumento recordationem instaurari posse recte satis judicantes. Idem honoris documentum vestris exhibeatis Evergetis, eorumque memoriam, quod gratorum est, nunquam deponatis. *Hoepffneri* lectiones diligenter admodum fuisse frequentatas, memoriae est proditum. Utinam omnes, qui discentium subsellia adhuc premunt, Praeceptorum recitationibus interessent diligenter, easque haud averserentur! Ceterum vobis, *Juvenes optimi*, autor fvasorque sum, ut, si studiis severioribus in Academiis aliquando incubueritis, *Henrici Hoepffneri* monumenta 31), *Jo. Benedicti Carpzovii* libros, *Hieronymi Kromayeri* volumina, *Friderici Rappolti* opera theologica, *Andreæ Kunadi* dissertationes, cum *Jo. Friderici Koenigii Theologie positivæ* libello, manu nocturna diurnaque evolvatis, atque solidam coelestemque doctrinam, à *Chemnitio*, eiusque genuinis discipulis, traditam, hauriatis, doceatis, referatis, exprimatis. Deus vero ter Optimus terque maximus, Huic enim pro vestra salute extremò nunc supplico, vos universos abundare jubeat benedictione sua coeli, resque vestras omni felicitate prosperrimoque successu maectare nunquam intermittat, quo *Patroni* vos laudent, *Fautores vestras* res promoteant, *Doctores vestram* diligentiam probent 32), vosque

(30) Fecit illud ipsum præ ceteris M. *Lucas Pollio*, qui per octennium *Collegia ipsius Theologia* visitavit, atque ex *Haepffneri* Praeceptoris imagine magnam cepit delectationem, cuius post beatum ex hac vita discussum *Avicennæ*, *Magdalene Bohniæ*, compos redditus, ut non sine jueunda mentis recordatione & honore, quo magni nominis Theologum dignum esse statuo, illam saepissime intuear, Deumque deprecem, quod tam insignem Virtutem Ecclesiæ perbenigne indulserit.

(31) Ad ea referri quoque debent ipsius *Dissertationes*, quibus nonnullas adhuc addendas esse *Th. Crenius* recte notavit, cuius monitum in *Meletemat. Auerberg. p. 166.* adduxi. Eas vero, quæ addi merentur, recensuit *Mayerus* in *Elogio Haepffneri p. 18*. Locos autem *Theologicos* à *B. Haepffnero* in primis annis scriptos fuisse, *B. Carpzovius* in *Theol. Exeget. p. 2.* monuit, collata *B. Rappolti* *prefatione*.

(32) Fecit hoc *Haepffnerus*, cum *L. Antonius Kirchhofus*, (qui a. 1640. anno suui ætatis 34. agens, *Lipsie*, cum Professioni Philosophiae Moralis & Rectoratui Scholæ Thomanæ admotus esset, vitam finivit) a. 1634. SS. *Theol. Baccalaureus* renunciaretur, in illa enim panegyri publica hoc encomio eundem ivit affectum: *Affero te mihi, meum opus es.*

vosqve cultores audiatis, & ingenuorum studiorum, & veræ pietatis,  
& solidæ doctrinæ, ac quibusvis beneficiis mactandi dignissimæ.

Qvem pia vota beant Doctorum , quemqve Parentum

Vota Deo tradunt , ille beatus erit.

*Selnecceriadae* precibus caput extulit altum

*Hoepffnerius* , splendens orbis & urbis honos.

Curam ergo , *Juvenes* , omnesqve intendite nervos,

Qvo vos commendent vota precesqve DEO.

Dixi.

## ADDITAMENTA

IV Epistolas complectuntur , quarum duas D. Heinr. *Hæppfnerius* ad D. Menonem *Hannekenum* dedit , tertiam M. Jo. Breverus, (qvem Rigenses inter Ecclesiarum Præsules referunt, cuius memoriam Heinrici Pippingii Septenarius Decadum p. 927. sqq. exhibet,) ad eundem *Hannekenum* misit, quarta denique, à summe Reverendo Theologorum Lipsiensium ordine scripta , tertiam illustrat, atqve varia scitu digna cum reliquis enarrat.

I.

S. & officia.

**R**everende plurimum & Excellentissime Dne *Hannekeni*, amice & in Christo frater singulariter honorande, amorem, qvem Ex. T. prolixè mihi offert, pronus exosculatus sum, gratulans mihi de amicitiae, qvam cum B. Dn. Menzero habui, felice in ejus necessariis coniunctione. Sed & hoc tam gratum qvam qvod gratissimum accidit, qvod T. E. memorat, qvod Beatus vir mei honorificam ad suos mentionem fecerit. Ego ut gloriosum semper duxi, à Menzero amari, ita post hunc affectus etiamnum in familia extare specimina valde lætor. Neqve dubitabit E. T. qvin vicem sim repositurus in officiis amoris, nostrum ordinem addecentibus, hoc est candidis & promptis. Pro γαμηλίῳ non erat opus tantas gratias agere. Utinam mihi licuisset

Ilicuisset festivitatem nuptialem hoc digniore honorario proseqvi.  
Interea peto animum non ex muneris exiliate, sed ex voti additi  
pietate aestimari. Postremo scilicet flagitare, qvod T. E. vel spon-  
te sua maxime facit, hoc addo, ut Dn. Hülsemanni rationem habeat  
*in honestissima petitione*, quam ad venerandum Collegium deferet,  
prensaturus summum in Theologia gradum. Qvicquid ei bene fe-  
ceritis, me in partem venturum existimabo. Bene valeat Ex.  
Tua, & a me Menzerianam domum reverenter salutet. Lipsiae  
21. Junii a. 1628.

R. T. E.

Studioſiſt.

*Heinricus Hæpffnerus, D.*

Plur. Reverendo Clariss. & Excellentiss. Viro, Dn. MENONI HANNEKENIO,  
SS. Theol. Doctori eximio, ejusque Professori publico, ut & Lingvæ He-  
bræc ordinario, Dn. Amico & in Christo Fratri singulariter honorando.

## II.

S. &amp; pacem à Christo.

**A**Dmodum Reverende & Excellentissime Domine Hanneke-  
ni, amice & in Christo frater plurimum honorande, Lite-  
ræ T. Excellentia multis mihi nomiaibus gratæ fuerunt,  
tum qvod spirarent singularem T. E. erga me amorem, tum  
qvod narrarent, Menzeri, viri inquam sine præfatione honoris  
nunquam à me nominandi, honestissimum de qualibuscunque  
opellis meis judicium. Ego ut ex memoria mea Menzerum de-  
liri, qvoad vixero, non patiar, ita familiæ quoque ejus honoratis-  
simæ optima quæque cupere non definam. Neque opus erat, ut  
E. T. tam solicite ambiret meam amicitiam, quam vel unico verbo  
se ad Menzeri memoriam referente exambire potuisset. Quid  
enim mihi svavius esse potest, quam amicitiam cum hæredibus  
ejus continuare, quem unice suspexi? Utinam modo hoc honore  
pios manes celeberrimi viri mactare possem, ut copia mihi daretur  
vicem reliquam reponendi singulari isti affectui, quo me  
μακαρίτης complexus est, in liberis ejus honorandis & juvandis!  
Id qvod T. E. omnibus suis à me polliceri velit. Carmina & con-  
cionem funebrem in obitum B. viri habitam recte accepi, & pro  
iis gratias ago singulares. Bene valeat E. T. cum omnibus, in-  
primis Domina socrū, quam honorificentissime salutari meis  
verbis

verbis cupio, & vita prolixa, gaudioque de suis amplio divinitus  
donari exopto & precor. Lipsiæ Cal. Sept. a. 1629.

T. Ex. studiosiss.

*Heinricus Höppnerus, D.*

Reverendo plurimum Cl. & excellentissimo Viro, Dn. D. *Menoni Hannekenio*, in Academia Marpurgensi Professori publico laudatissimo, Theo-  
logo eximio, Dn. amico & in Christo Fratri singulariter honorando.

## III.

**P**lurimum Reverende & Excellentissime Domine D. Praeceptor  
ac Patrona singulariter venerande. Non excusabo prolixa  
verborum ambage praesentium temeritatem, qva in sanctiores  
R. Excell. T. meditationes pecco, cum benevolentissima tua Hu-  
manitas potestatem abituriens fecerit, ne qvamcumque status mei  
conditionem Exc. T. referre non auderem. Et est ea qvidem, Deo  
sit laus, extra omnem seqvioris fortunæ sævitiam posita, postqvam  
Lugduno-Batavorum, ubi totam substiti hiemem, meisqve semel  
Excell. T. invisi, præterito mense Aprilis abii, & superato multorum  
periculorum horrore, qvi proficiscentes hodie in Germania fere  
exanimat, Mense Maio Lipsiam incolumis veni, cum juniore Dn.  
Samsonii filio, ut studiis porro Theologicis sedulam pro virili ope-  
ram navarem. Et est qvidem satis commoda hic vivendi commo-  
ditas, magnam tamen & irreparabilem forte jacturam passa est Academia,  
in amissione nuper suo Höppnero, quem ante quinque jam septimanas ex-  
tristi hoc feracissimo tumultuum seculo ad quietem æternam transfruisse,  
vobis procnl dubio diu constat: Suppleturum autem eius vices existi-  
mant D. D. Danielem Henrici, futurum generum D. D. Strauchii, Su-  
perintendentis Dresdensis. Num v. tanta cum celebritate, addo &  
utilitate, qvanta B. Antecessor tenuit, multi ambigunt. Sed Deo hæc,  
Opt. Max. Academiarum Patrono, curæ erunt, qvi, nec Ecclesiæ, nec  
Scholis, deesse patietur Atlantes, qvi sint oneri, divinitus imposito,  
ferendo. Rumor aliis, sed secretior adhuc, ad me delatus est,  
R. & Excell. D. D. Feurbornium, Praeceptorem meum colendissi-  
mum, aliquot propositiones ex D. D. Calixti scriptis collectas  
ad Theologicam hic Facultatem transmisisse, ut judicium ejus de  
iis exploret, & consensum de publice (si viderentur) invadendis

C 3

suspe-

suspectarum sententiis: Itinam talia in nostris Ecclesiis agendi  
 nulla viris Dei imponeretur necessitas! Et vix crediderim, in pu-  
 blicam cum Helmstadiensibus concertationem consensuros The-  
 ologos hic nostros, cum antesignanus ipsorum, jam inter beatos, aliis ante-  
 hac, idem molituris, restiterit, incendii videlicet magnitudinem metuens,  
 quod ex tali rixarum flamma certo certius esset exortitum, majori cum  
 Ecclesiarum periculo, quam antehac exarxit Tübingerse, longe enim  
 uberior, ut conjicio, hic ejus esset materies, pingviora nutrimen-  
 ta, quam tum temporis apparuerunt. Accedit, quod sereniss. Dux  
 Brunovicensis, AVGUSTVS, totus futurus sit, in afferendis suis  
 Theologis, Calixto cum primis, cui non ita pridem hoc imposuit ne-  
 gotii, ut, post frustranea Duræi molimina, post varia machina-  
 menta, ipse accuratissime secum perpendere, quæ forsitan via ad  
 conciliandas nostras & Calvini Ecclesias posset inveniri. Et jam,  
 ita jussus, consignavit Dn. D. Calixtus in quolibet articulo nostra-  
 rum sententiarum à Calvinistico dogmate divortia, & Duci suo  
 exhibuit: quid vero in posterum hujus negotii promovendi causa  
 facturus sit, tempus sat cito testabitur. Sane Calixtum, de itinere  
 huc suscipiendo, (& quidem jussu principali, ut de re ista cum  
 Theologis colloqueretur,) cogitationes instituisse, certum est, tra-  
 statio interim de pace, cum Imperatore restauranda, propositi im-  
 petum sufflaminavit. Quæ tamen omnia, ab amicissimo quo-  
 dam, talium conscio, secreto communicata, in Excell. T. finum  
 paternum ita effundo, ne illorum detectione aut mihi, aut famæ  
 meæ quicquam creetur incommodi. Nec enim in medio Ve-  
 strum deesse puto, qui in gratiam Helmstad. quodcumque esset  
 bellum militarent. Versor hic in convictu D. Licent. Carpzovii,  
 Ecclesiastæ, propediem Witebergam iturus, ut & Dn. Buchnerum  
 ibi & alios magnos viros mihi conciliem, cum hoc au&summo  
 in Livoniam mihi redeundum sit. Licet enim in vocationem Se-  
 natus Rigensis ad Professionem Oratoria & Poëseos in Collegio  
 ibi suscipiendam, quam præterita hieme Brunsvigæ versanti misce-  
 runt, non tum temporis consenserim, iterarunt tamen nuper,  
 misso 150. imperialium viatico, & ut circa instantem autumnum  
 me illis sisterem, monuerunt. Quid facerem, Excellentissime  
 Domine? cum difficillimum sit, favorem retrovertentem revo-  
 care,

care, qvem pleno jam alveo in me effusum videbam, redditum  
 tandem promisi. Deus, qvem vocantem tunice seqor, in infir-  
 mo servo suo exerat auxiliū sui fortitudinem, & Spiritus fui gra-  
 tiā divitissima laboraturo vires suggerat. Omnes hic ardenti-  
 terentur desiderio Operum Menzerianorum, qvorum conjunctim  
 edendorum spem fecit dignus Patre tanto Filius: ut & *sexti*  
*Tomi Marpurgensis* aliorumqve scriptorum, qvæ sub manibus Exc.  
 T. aut Cl. Collegarum esse, multi conjiciunt. Nihil majori cum  
 emolumento studiorum meorum accidere posset, qvam illis porro  
 scriptis eruditissimis instrui, cum præsentia negetur, qvorum vo-  
 cibus & monitis, Deo sit laus, ad priorem Theologiam infor-  
 matus sum, cum adsvetorum Doctorum efficax fit manuductio.  
 Primo hic tempore typis exprimetur D. Hæppneri tractatus de Cœna  
 theoreticus & practicus, qui omnino ab ipso autore elaboratus, qvoad capi-  
 tum tantum ordinem non nihil aliter disponetur ab hospite meo, L. Carp-  
 zovio, cui edendorum suorum operum curam ipse D. Hæppnerus commisit.  
 Pluribus Exc. T. molestus esse nolo, sed Deum supplex veneror, ut  
 amplissimas gratiæ suæ divitias in Acad. Marpurg. primam stu-  
 diorum meorum matrem & fotricem, largiter effundere & Cele-  
 berrimos ejus Patres, Præceptores meos, in primis Excell. T. omni  
 felicitatis genere ornare velit, ut, sub umbra cœlestium alarum in  
 his circumstrepentibus tempestatibus efflorescentes plurimum  
 profint palabundæ juventuti, & ad salutarem doctrinam porro  
 informent diutissime. Salutem officiosiss. adscribo Plur. R. &  
 Excell. D. D. Feuerbornio, Præceptori ac Fautori meo colendissi-  
 mo, Dn. Licentiato Menzero, Dn. Schuppio (qvem antehac meis  
 visitavi responsum præstolans) Dn. M. Arculario, & ceteris mei  
 memoribus Dnn. Commensalibus, in primis Costæ Exe. T. hono-  
 ratiss. Filiabusqve & Filii elegantissimis, qvorum omnium, in-  
 primis Excell. T. paterno favori, amori & benevolentia ex animo  
 me commendando. Vale cum tuis, Vir Excellentissime, & discipulo  
 tuo favere perge. Dabam Lipsiæ d. 16. Julii a. 1642.

Plurimum Rev. Excell. T. dicatissimus,  
M. Joh. Breverius.

Plur. Rev. & Excellentiss. Dn. MENONI HANNEKENIO, SS. Theol. Doctori,  
& ejusd. ut & Oriental. LL. in illustri Cattorum Academia Prof. Publ. & Ecclesi-  
astæ bene merentissimo. Dn. Præceptor, ac Patrono suo singulariter honorando.

Marpurg in Philosophischen Collegio.




Salutem à SalutisAuthore, JESU CHRISTO!

**V**iri admodum Rev. Clatissimi & Excellentissimi, Dn. Amici & in Christo Fratres pl. honorandi. Literas 24. Maii à Reverendis Vestris Dignitatibus & Excellentiis datas, accepimus cum aliis Dresdam, Wittebergam & Jenam transmittendis, imo statim & sine omni mora transmissis. Dudum qvidem ad illas respondissemus, sed pl. Rev. & amplissimi Dn. D. Heinrici Hœpfneri, Senioris nosti honoratissimi, mors intervenit, qvam obiit d. 10. Junii, non sine ingenti Facultatis nostræ imo totius Academiæ luctu, unius etiam vel alterius absentia à Collegio, impedimento fuit, qvo minus potuerit responsio maturari. Rem ipsam qvod attinet, laudem e qvidem merentur vestræ pl. Rev. Excellentiæ, dum orthodoxiam strenue propugnare, & qvæ ei adversari merentur, protelare allaborant; sed judicamus minime consultum esse, jam mutuis contentionibus Ecclesiam alias afflictissimam turbare, & bella Ecclesiastica civibus hinc inde gravantibus, totamqve Germaniam devastantibus, commisere. Qva in parte habemus etiam θμόψηφον Reverendissimum Dn. D. Matthiam Höe ab Hönegg &c. cuius judicium hac in re merito seqvimus. Cum primis vero inconveniens nobis videtur, M. Buscheri contentiones contra Strubium & postea contra Theologos Helmstadienses, sine nostro præscitu inchoatas, nobisqve haec tenus incognitas, nostras facere, imo post mortem ejus continuare, qvas optaremus non prius publici juris esse factas, qvam non tantum privatim bene discussas, sed etiam Theologis unius vel alterius Academiæ communicatas. Illorum autem Apologiam vidimus, & in plerisque probamus, exceptis qvibusdam locutionibus, in Symbolis nostris libris reprobatis, de qvibus qvid unus vel alter Theologus cum Helmstadiensibus privatis literis agere velit, liberum relinqimus. Qvamobrem Vestras pl. Rev. Excellentias rogatas volumus, ut excusatos nos habeant, qvod ad singula capita in literis designata sententiam nostram non exponamus. Qyos divinæ tutelæ commendamus, iisqve omnia pietatis & humanitatis officia offerimus & pollicemur. Dabantur Lipsiæ 10. Augusti A. 1642.

Viris pl. Reverendis Dignitaribus & Excellentiis addictissimi

Decanus, Senior, & Doctores Facultatis Theologice  
in Academia Lipsiensi.

Plurimum Rev. Clarissimis & Excellentiss. Viris, Dn. Decano, Seniori, reliquisqve SS. Theol. Doctoribus & Prof. in inclita Academia Marpurgensi longe celeberr. Dominis, Amicis, & in Christo Fratribus nostris plurimum honorandis.



Coll. diss. A. 172, 22